

Kreis
Steinfurt

3 253

1205.

[11 253]

Bischof Dietrich (!) von Münster befundet die von der Gräfin Alveradis von Bentheim mit Einwilligung ihres Gemahls Otto an das Kloster Wetmarjchen gemachte Schenkung des Erbes Rehslin in Mittellohne, Kpfl. Schepsdorf, Kr. Lingen.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Th(eodericus), Dei gratia Monasteriensis episcopus, omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis in Domino salutem. Que fiunt in tempore, ne labantur cum lapsu temporis, scripto solent perennari. Universitati vestre significamus, qualiter venerabilis comitissa Alveradis de Benethem consensu mariti sui domini Ottonis nobili (!) comitis et omnibus coheredibus suis consentientibus domum eius propriam in Medelon, quam quidam Brotherus nomine vivens possederat, que solvit xvi solidos Monasteriensis monete, omnipotenti Deo et pie Genitrici sue in Sanctemariothe pro remedio anime sue liberam et absolutam ab omni exactione et servitio domini comitis de Benethem perpetualiter contulit tali conditione, quatinus dimidietas predictorum denariorum in die anniversarii sui cedat ad karitatem fratrum et sororum ibidem Deo servantium, reliqua pars pellicii dominarum. Et ne ullus heredum vel successorum suorum sive magister predicti monasterii sive priorissa audeat hanc donationem infringere predictamque domum a prenominato monasterio abalienare, sub pena excommunicationis firmiter inhibemus. Hanc igitur donationem et ordinationem tam sollempniter coram multis honestis viris celebratam auctoritate domini pape et beatorum apostolorum Petri et Pauli necnon et nostra scriptis et testibus firmiter confirmamus, ut reus sit in Deum et piam eius Genitricem et perpetue excommunicationis incurrat dampnum, qui predictum monasterium de sepedicta domo auxilio vel consilio turbaverit. Ut autem hec omnia rata et inconvulsa permaneant, presentem paginam sigilli nostri inpressione fecimus insigniri firmissime precipientes, quatinus ordine predicto omnia illesa conserventur. Actum verbi incarnati anno M^{mo}.CC^{mo}.V^{to}. coram testibus subscriptis: magistro Thoma capellano ipsius comitisse, Rutgero et Bertrammo sacerdotibus in Schuttorp; Sigero dapifero, Rulando pincerna, Adholfo de Westorp, Bernero de Boninge, Frithero de Engen et aliis quam pluribus.

Pergament-Urkunde in kleinem Format mit kleiner Schrift des 13. Jhdts., ohne Siegel, mit blauweißer Hanfschnur in dem Siegelschlitze; wohl alte Kopie mit Fehler in dem Namen des Bischofs. — Graf Otto IV. von Bentheim lebte noch 1207; er war erst mit einer Tochter des Grafen Heinrich von Arnshberg, dann mit einer Tochter eines Grafen von Cappenberg vermählt; der Vorname seiner (zweiten) Gemahlin war bisher nicht bekannt. — Klichschrift: 1. des 15. Jhdts.: Toe Loen Reyslin xvi ß; 2. des 16. Jhdts.: Rehsln 16 ß. IX. Rep. I. 28.